APÉNDICE SEGUNDO

(CORRESPONDIENTE AL NÚM. 3047)

Resoluciones de la Sagrada Inquisición Romana acerca de domicilio para contraer matrimonio.

I

Infrascriptus Archiepiscopus N. N., Supremæ S. R. et Univ. Inquisitionis Congregationi sequentia dubia proponit, ut securius in administranda Diœcesi officium suum adimpleat:

I. In hac magna Civitate N., quo undique concurrunt homines variæ conditionis, frequenter a multis domicilium mutatur. Reperiuntur præsertim famuli qui nunc apud unam familiam degunt, nunc apud alteram, ita ut in nulla parochia domicilium vel quasi domicilium acquirant. Venerunt quidem, in dictam civitatem N. ut ibidem commorentur ad sustentationem quærendam et revera in Diœcesi N. habitant per majorem anni partem, vel etiam per plures annos, ita ut si non acquirant domicilium aut quasi domicilium in hac vel illa parochia, ob frequentem mutationem habitationis, dici possunt habere domicilium in Diœcesi, quo venerunt ad habitandum in perpetuum vel saltem ad longum tempus.

Quum autem agatur de matrimonio contrahendo ab illis, hactenus Archiepiscopus existimavit suos esse subjectos et posse delegare, ad matrimonium celebrandum, Rectorem parochiæ, ubi de facto habitant, dummodo in Diœcesi versati fuerit per tempus sufficiens ad constituendum domicilium vel quasi domicilium, sive nullum aliud domicilium extra Diœcesim N. habeant, sive adhuc conservent alibi aliquod domicilium, v. gr., paternum vel fraternum in loco, unde oriundi.

His ultimis temporibus, nonnulli Canonistæ dubitarunt utrum commoratio in Diœcesi sufficerent ad matrimonium quando non acquiritur domicilium vel quasi domicilium in aliqua parochia determinata.

Quærit igitur Archiepiscopus utrum recte se gerat in delegandis parochis suæ Diœcesis, ad matrimonium eorum qui reperiuntur in circumstantiis supra expositis.

II. Frequenter evenit in hac Civitate N. ut quis, nuptiis jam paratis in parochia ubi domicilium vel quasi domicilium habet, aliquot dies ante matrimonium, transit ad aliam parochiam, sive habitando apud amicum, vel in aliquo diversorio usque ad nuptias; sive in domo ubi proponit habitare post matrimonium.

Res ita se habent frequenter pro famulis et famulabus; attamen bona fide celebrant suum matrimonium in parochia prioris domicilii, parocho inscio discessus eorum.

Ad præcavendam nullitatem matrimoniorum quæ fiunt hoc modo, Archiepiscopus generali statuto edixit

liberum esse suis diœcesanis matrimonium contrahere sive coram parocho actualis domicilii, sive coram parocho domicilii anterioris per tres menses a die discessus eorum; declarando se delegationem necessariam utrique parocho concedere. Sedulo autem voluit parochos monitos hoc statutum tantum valere pro iis qui in Diœcesi N. commorari non desierint; non vero pro iis qui e Diœcesi N. egressi in Diœceses vicinas sese contulerant ante matrimonium.

»*Feria IV, die* 9 *Novembris* 1898.— In Congregatione Generali coram EE. ac RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, iisque maturrime discussis, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

»Ad I. Reformato dubio: An Ordinarius parochis licentiam concedere possit asistendi matrimoniis eorum, qui in Diœcesi versati sunt, sed in nulla parœcia domicilium, vel quasi domicilium acquisierunt?

»Resp.: Negative: nisi diligenti inquisitione facta, constet eos, de quibus est quæstio, neque in civitate N., neque alibi, in nulla parœciarum vel quasi domicilium canonicum habere; sed esse vagos.

»Ad II. Reformato dubio: An licentiam generaliter Ordinarius concedere possit tum parocho actualis domicilii contrahentium, tum parocho anterioris, per tres menses a die discessus eorum?

»Resp.: Archiepiscopus utatur jure suo; præ oculis habita responsione Sacræ Congregationis Concilii in causa Coloniensi, die 18 Martii 1893 (1).

»Sequenti vero sabbato die 12 Novembris ejusdem mensis et anni, in audientia a S. D. N. Leone, Divina Providentia PP. XIII, R. P. D. Adsessori impertita, Smus. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.—I., CAN. MANCINI, S. R. et U. Inquis., *Not.*

II

Officialis Diœcesis N., ad quietem conscientiæ suæ, ad normam habendam in casibus similibus, dubium sequens proponit Supremæ Congregationi:

---

(1) In priori dubii parte solvitur quæstio, utrum sufficiat pro contrahendo matrimonio domicilium vel quasi domicilium in Diœcesi, vel absolute haberi debeat in aliqua parochia. Putabant nonnulli DD. sufficere domicilium in Diœcesi, quia quum Episcopus sit parochorum parochus, si sufficit pro matr., ut quis subditus sit parochi, a fortiori sufficere præsumitur, si quis sit Episcopi subditus. Sed hoc non valet relate ad matrimonium. Tridentinum enim præscripsit, ut celebraretur hoc Sacramentum *coram proprio parocho*, non autem *coram proprio Episcopo*. Et ideo domicilium acquiri debet in determinata aliqua parochia. Non enim sufficit, ut quis per majorem anni partem vagaverit intra fines diœceseos per plures parochias, retinens domicilium in alio loco. Et quamvis Episcopus sit parochorum parochus (et ideo delegare potest pro matr. etiam alios parochos) domicilium acquiri debet penes parochum. Et tunc solum Episcopus alios pro matrimonio delegare potest, quando domicilium fuerit hoc modo acquisitum. De cetero etiam a lege civili requiritur domicilium in aliquo municipio, non autem in aliqua provincia.

Maxime attendenda venit etiam posterior decreti pars. Haud infrequenter evenit, ut quis domicilium habens in una parochia, vult illud transferre in aliam, et de facto in illam sese transfert. Sed quum in priori jam proclamationes factæ sint aliæque formalitates, cupit in eadem contrahere. Parochus autem ignorans mutationem domicilii assistit matrimonio, quod nullum est, quia cum animo eligendi domicilium in aliquo loco, sufficit unius diei commoratio, ut quis subditus sit parochi novi, coram quo, non autem priori, contrahi debet. Optime potest Episcopus generaliter delegare in hoc casu parochos prioris domicilii sponsorum, ad mentem resolutionis S. C. Conc. in una *Colonien.* Et ita praxis probata a S. C. Conc. iterum consecratur a S. O.

Anno proxime elapso, vir acatholicus et puella catholica, uterque oriundus ex Roumania, ubi domicilium habent, postquam per duos vel tres annos varia itinera susceperint, quin domum reversi sint, in civitatem N. venerunt.

Proposuerant ibi commorari per tres menses, et domum ad habitandum per spatium trimestre pretio locaverant.

Elapso autem trimestri, cogitaverunt de matrimonio inter se contrahendo. Vir erat liber ad matrimonium contrahendum, puella stabat cum matre vidua et erat pariter libera. Quum vero lex civilis præscribat, ut quis per sex menses commoretur in loco ubi vult matrimonium contrahere, habitationem in civitate prædicta prorogarunt iterum ad tres menses, et, mense Novembri, quum jam per sex menses ibi commorati fuerint, Officialem adierunt, dispensationem super impedimento mixtæ religionis et licentiam matrimonii celebrandi petierunt.

Prædictus Officialis hæsit quærendo utrum præfati sponsi acquisiverint quasi domicilium sufficiens ad matrimonium. Equidem per sex menses in dicta civitate commorati fuerant; sed quando illam ingressi erant non sibi proposuerant habitare per majorem partem anni. Elapsis tribus mensibus, cogitaverant de matrimonio ineundo et iterum proposuerant habitare per tres alios menses tantum, ut compleretur spatium semestre requisitum ad matrimonium a lege civili.

Deficiente intentione habitandi per majorem anni partem, Officialis, ex consulto peritorum Canonistarum, existimavit sponsos non acquisivisse quasi domicilium in illa civitate, ac proinde se non habere facultatem dispensandi nec licentiam concedendi ad matrimonium contrahendum. Sponsi vero, cum omnia paraverint ad nuptias, contractum civilem iniverunt et ad aliam regionem profecti sunt.

Petit igitur Officialis an non severius egerit in deneganda dispensatione et licentia matrimonii contrahendi, et, grato animi sensu acciperet responsum, quo in futurum ut norma pro casibus similibus uti possit.

«*Feria IV, die* 9 *Novembris* 1898.—In Congregatione Generali coram EE. ac RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, præhabitoque Reverendissimorum DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

»Orator acquiescat; et addatur: Se conferentes in civitatem N. ex alio loco vel parœcia, dummodo ibi commorati fuerint in aliqua parœcia per sex menses, censendos esse ibidem habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per majorem anni partem, facto verbo cum Sanctissimo.

Sequenti vero, Fer. VI, die 11 ejusdem mensis et anni, in audientia a S. D. N. Leone, Div. Prov. PP. XIII, R. P. D. Adsessori impertita, Smus. D. N. resolutionem Eminentissimorum ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.—I. Can. Mancini, S. R. et U. Inquis., *Not.*

(*Boletín eclesiástico de Oviedo*, 15 de Septiembre de 1899, pág. 274.)

APÉNDICE TERCERO

(CORRESPONDIENTE AL NÚM. 3077)

Facultades del Excmo. Sr. Nuncio Apostólico en España.—Para absolver.—Sobre bienes.—Dispensas matrimoniales (véase el núm. 3.077).—Gracias á eclesiásticos. — Jurisdicción. — Religiosas de clausura. — Otras varias gracias.

PARA ABSOLVER

1.° A los que pusieren manos violentas en clérigos ó monjes.

2.° A los duelistas.

3.° A los herejes.

4.° A los que hubieren leído libros prohibidos.

5.° A los que hubieren quebrantado la clausura de los regulares de ambos sexos.

6.° A los que hubieren recibido dones de los regulares de ambos sexos.

7.° A los masones.

8.° A los religiosos, de los casos reservados en su Orden.

9.° A los que hubieren cooperado á las leyes que usurpan los bienes, censos, rentas y derechos de la Iglesia.

10. A los compradores y detentadores de los bienes eclesiásticos.

11. Para absolver de las censuras reservadas á Su Santidad, *excepta absolutione complicis in peccato turpi.*

SOBRE BIENES

1.° Para permitir la enajenación ó permuta de bienes eclesiásticos.

2.° Para sanar la compra de dichos bienes y admitir á composición á sus poseedores.

3.° Para permitir la compra y redención de censos y cargas que graviten sobre los bienes de la Iglesia.

4.° Para permitir tomar en arrendamiento dichos bienes.

5.° Para permitir á los fieles el comprar del Gobierno bienes de la Iglesia, con las cuatro condiciones que señala la Sagrada Penitenciaría, á saber: «1.ª, retinenda eadem bona sd nutum Ecclesiæ, ejusque mandatis subinde parendi; 2.ª, conservandi eadem bona, ac in eis rem utilem gerendi; 3.ª, satisfaciendi piis oneribus, quæ dictis bonis sint anexa, ac subveniendi juxta ipsorum vires personis, sive ecclesiis, ad quas ipsa bona pertinebant; 4.ª, cerciorandi hæredes et successores de hujusmodi obligationibus per syngrapham suscriptam ad hoc, ut et ipsi sciant ad quid teneantur.»

6.° Para conceder á los patronos de los beneficios prórroga de los plazos de presentación á los mismos.

DISPENSAS MATRIMONIALES

(Véase el núm. 3077.)

GRACIAS Á ECLESIÁSTICOS

1.° Para trasladar la localidad de las Misas ú otras funciones sagradas.

2.° Para que puedan celebrar

Misas votivas y conmutarles el Oficio divino.

3.° Para que puedan usar peluca en los Oficios.

4.° Para dispensarles de la residencia por causa de estudios.

5.° Para dispensarles la cualidad de presbítero para obtener beneficios.

6.° Para prorrogar los plazos para ordenarse.

7.° Para dispensarles la irregularidad con que se obtuvo un beneficio.

8.° Para conceder órdenes á los párrocos *extra tempora*.

9.° Para que los exclaustrados temporalmente puedan obtener beneficios.

10. Para dispensar la edad que se requiere para conseguir un beneficio.

JURISDICCIÓN

1.° Para ejercerla en lo contencioso por medio del Supremo Tribunal de la Rota, dando comisión al juez á quien corresponda.

2.° Para ejercerla en todas las diócesis del reino, y nombrar, si fuere necesario, administradores, *donec ab Apostolica Sede providebitur*.

3.° Para sanar los actos nulos por falta de jurisdicción.

4.° Para conceder el *mutatio judicis*.

5.° Para nombrar examinadores prosinodales.

6.° Para facultar á los vicarios capitulares que puedan conceder dimisorias en el año de luto.

7.° Para permitir á los jueces seculares que oigan como testigos en causa criminal á los eclesiásticos.

8.° Para subdelegar, *vel in singulis casibus, vel ad breve tempus*, sus facultades.

RELIGIOSAS DE CLAUSURA

1.° Para que se trasladen de un convento á otro de la misma Orden.

2.° Para que puedan salir á tomar los baños prescritos por el médico.

3.° Para que puedan salir por causa de enfermedad ú otra gravísima.

4.° Para que las señoras que quieran recogerse, puedan entrar de pisaderas en los conventos.

5.° Para que las señoras puedan entrar á practicar ejercicios espirituales.

6.° Para que las jóvenes puedan entrar de educandas.

7.° Para que puedan entrar de criadas ó sirvientas.

8.° Para que las señoras puedan entrar en el Real Monasterio del Escorial, no siendo cuando se celebran en dicho Monasterio grandes solemnidades.

VARIAS OTRAS GRACIAS

1.° Para conceder licencia de oratorio por seis años, prorrogable por otros tres.

2.° Para conceder licencia de bendecir ornamentos y otros objetos sagrados, en que no intervenga el uso del crisma.

3.° Para conceder indulgencia plenaria *in articulo mortis juxta formulam Benedicti XIV*.

4.° Para bendecir medallas y crucifijos con la indulgencia plenaria para la hora de la muerte.

5.° Para bendecir crucifijos con las indulgencias del Via-Crucis.

6.° Para bendecir coronas con las indulgencias de Santa Brígida.

7.° Para conceder doscientos días de indulgencia cuando celebra de pontifical en la Real Capilla.

8.° Para permitir extraer reliquias.

9.° Para recibir denuncias y dispensar de hacerlas.

APÉNDICE CUARTO

(CORRESPONDIENTE AL NUM. 3083)

De los impedimentos dudosos.

Acerca de los impedimentos dudosos eleváronse á la Santa Sede por el señor vicario general de Oviedo ciertas preces, que es muy conveniente sean conocidas, dada la importancia práctica de la resolución que sobre las mismas recayó:

«Bme. Pater.—Infrascriptus vicarius generalis Diœcesis Ovetensis ad pedes S. V. humillime provolutus reverenter exponit: In hac Curia ecclesiastica juxta praxim a S. Alphonso de Ligorio et aliis probatis Auctoribus commendatam, semper decretum fuit recursum ad Apostolicam Sedem ad impetrandam dispensationem in impedimentis dirimentibus dubiis, quamvis nonnulli Doctores non suspectæ auctoritatis opinionem probabilem et etiam tamquam probabiliorem defendant, quæ tenet, in hujusmodi impedimentis, posse Episcopum dispensationem concedere.

»Supradicta praxis, usque nunc, fideliter fuit servata; sed in præsenti ob temporum calamitatem, ob penuriam incolarum, qui hac dispensatione indigent et ob alias causas, quas breviter exponam, admodum difficilis evadit, supra modum in impedimentis affinitatis ex copula illicita provenientibus. Rumor hujus copulæ, ex qua impedimentum procedit, ut plurimum occurrit in angustis locis, ubi omnes incolæ ad invicem se cognoscunt, quasi familiariter inter se tractant, et mutuum inter se auxilium præstant tam in laboribus, quam in necessitatibus vitæ. Usque nunc, ob morum simplicitatem neque hæc familiaritas, neque hæc mutua et reciproca sublevatio in laboribus ac necessitatibus ansam præbuit diffamationi nec suspectioni actuum illicitorum; sed in præsenti propter morum corruptionem, cum de matrimonio contrahendo agitur, etiamsi oratores mundi sint ab omni macula, facillime oritur rumor, ex rumore detractio, et ex detractione diffamatio ex qua provenit necessitas impetrandi dispensationem ad cautelam. Aliquando evenit hunc rumorem ex malitia ac mala fide provenire, et ex intentione propalari ad matrimonium impediendum; regulariter in omnibus his casibus ex informationibus constat rumorem esse certum; sed nulla probatio apparet respectu illiciti et suppositi contubernii, immo etiam enixe negant, qui supponuntur auctores, tale illicitum commercium habuisse. In his rerum adjunctis, oratores nullo modo volunt dispensationem impetrare, tamquam infamiam repellunt dictum rumorem et antequam taxam solvant et processui se submittant, civiliter vel concubinarie se conjungunt ac proinde majora scandala eveniunt.

»His omnibus perpensis, apprime conveniens judicat infrascriptus a

S. V. impetrare opportunam facultatem, Episcopo seu ejus vicario commissam, dispensandi in impedimentis dubiis affinitatis ex illicita provenientibus pro tempore et cum conditionibus, quas Benignitas Vestra apponi decere judicet.

»Et Deus, etc. Oveti, Idus Septembris anni millesimi octingentesimi octogesimi octavi.—Bme. Pater.—Ad PP. S. V. humillimus filius,—BENIGNUS RODRIGUEZ.»

RESOLUTIO

Domino Episcopo Ovetensi. — Ilme. ac Rme. Domine: In Congregatione feriæ IV Januarii currentis, relatis precibus Vicarii Amplitudinis Tuæ in spiritualibus generalis, implorantis facultatem Episcopo vel vicario commissam dispensandi in impedimentis dubiis affinitatis ex illicita provenientibus pro tempore et cum conditionibus quas Smo. D. N. placuisset apponere; Emi. Dñi. Cardinales, una mecum Inquisitores generales, respondendum mandarunt:

1.° Quando matrimonio obstat fama impedimenti juridice probata, vel notoria profecta a certis auctoribus minime suspectis, hoc in casu impedimentum esse certum in foro externo.

2.° Quando agitur de rumore tantum aut variis vocibus populi, partes non posse obligari ad petendam dispensationem in foro externo, et cavendum omnino ne ad juramentum præstandum admittantur. Ceterum, dissipatis vanis vocibus et rumore, si impedimentum vere existit, ut occultum habendum erit, et facultatibus formulæ S. Pœnitenciariæ dispensari poterit. Et bona cuncta Tibi a Domino precor. — A. T. R. Romæ die 25 Januaris 1889.—Addictissimus in Domino. — P. CARD. MORAN. (*Boletín Eclesiástico* de Oviedo, 1.° de Diciembre de 1889, pág. 428.)

FIN DEL TOMO TERCERO

ÍNDICE

DE LOS LIBROS, CAPÍTULOS Y MATERIAS CONTENIDOS EN ESTE TOMO III

LIBRO SEXTO

(CONTINUACIÓN)

TRATADO OCTAVO

Del sacramento del Matrimonio.

CAPÍTULO PRIMERO

NOMBRES, NATURALEZA, DIVISIÓN, LICITUD Y PRECEPTO DE CONTRAER MATRIMONIO

§ 1.°

2685. Nombres del matrimonio y explicación de cada uno de ellos.

§ 2.°

2686. Naturaleza del matrimonio, su definición *ut est in officium naturæ*, y sus cuatro instituciones.
2687. El matrimonio en el estado de la inocencia ¿fué verdadero Sacramento?
2688. ¿Cuándo fué instituído el matrimonio, y cuándo fué elevado á Sacramento?
2689. Definición del matrimonio en cuanto conviene á todos los estados y edades del mundo.
2690. ¿En qué consiste propiamente la esencia del matrimonio? ¿El matrimonio es propiamente Sacramento en la ley de gracia?

CAPÍTULO II

DEL CONSENTIMIENTO NECESARIO PARA EL MATRIMONIO

2691. El consentimiento es indispensable para el matrimonio, y debe ser de presente, libre é interno.
2692. Si uno afirmase que no prestó consentimiento interno en el matrimonio, sino fingidamente, ¿se le debería dar crédito? ¿Cuántos pecados cometería el que tal hiciese?
2693. ¿A qué estaría obligado el que al contraer matrimonio dió fingidamente su consentimiento?
2694. Si el que contrajo fingidamente afirmase con juramento que había puesto fingidamente el consentimiento, ¿se le creería en el fuero externo?
2695. ¿Es necesario que el consentimiento en el matrimonio se manifieste precisamente por palabras?
2696. Si el padre ó la madre estuviesen presentes, estándolo también el hijo ó hija, y celebrándose el matrimonio, el padre ó la madre diesen su consentimiento, se debería tener por celebrado el matrimonio si el hijo ó la hija nada dijesen de palabra ó por señas, con tal que no contradijesen?
2697. Dos advertencias importantes del Doctor San Ligorio sobre la doctrina del número precedente.
2698. ¿El consentimiento de los padres es necesario para la validez del matrimonio?
2699. Cuando el padre, preguntado si consiente en el matrimonio, no responde, ¿se ha de tomar su silencio por consentimiento ó por disentimiento?
2700. ¿Puede el padre imponer al hijo precepto de que se case?
2701. ¿Quiénes deben obtener, según